Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39939
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Lauda anima mea dnm laudabo dnm in vita mea/
psallam deo meo quamdiu fuero. Nolite confidere
in principibus/ in filijs hominum in quibus non est
salus. Exibit spiritus eius et reuertatur in terram suam/
in illa die peribunt omnes cogitacions eorum. Beatus
cuius deus iacob adiutor eius spes eius in dno deo
ipsius qui fecit celum et terram/ mare et omnia que
in eis sunt. Qui custodit veritatem in sclm/ facit
iniuriam pacientibus dat escam esurientibus. Dominus
soluit compeditos/ dominus illuminat cecos. Domi-
nus erigit elisos dominus diligit iustos. Dominus
custodit aduenas/ pupillum et viduam suscipiet
et vias peccatorum disperdet. Regnabit dominus
in secula/ deus tuus syon in generacionem et generacionem.
Gloria patri etc.

Laudate dnm quoniam bonus psalmus/ deo nro
sit iocunda decoraque laudacio. Edificans
Ierusalem dominus/ dispersiones Ysrahel
congregabit. Qui sanat contritos corde/ et alligat
contriciones eorum. Qui numerat multitudinem
stellarum/ et omnibus eis nomina vocans. Magnus
dominus nr et magna virtus eius/ et sapiencie eius
non est numerus. Suscipiens mansuetos dominus/
humilians autem peccatores usque ad terram. Precinite
domino in confessione/ psallite deo nro in cythara.
Qui operit celum nubibus/ et parat terre plu-
uiam. Qui producit in montibus fenum et herbam/